

vel inquisierunt, in iudicio à quo, ita ut in iudicio supplicationis recusari non valeant: multo minus ex cognatione, vel affinitate cum iudice à quo poterit recusari, Iudex ad quem, si alia extrinseca causa non deducantur. Ex his die 10. Januarii 1671. pronunciatum in Senatu fuit prædictam causam legitimam non esse ad Senatorem recusandum.

44 Supplicatio interposita fuit pro parte Gasparis de Salcedo, qui Iudicem recusabat, sed nihil ad rem allegando præter communem proximi consilii admittendi recusationem ex qualibet causa, vel levisima; quæ ratio fulciri poterat verbis doctissimi Anton. Fab. in juris præ. Papin. tit. 1. princ. & illat. 3. ad fin. ibi: Nihil hodie frequentius quam, ut ex causa, vel minima, dum ne prolixus absurdus aut calumniola recusentur iudices, ut sine suspitione lites procedant. An autem prolixus absurda, vel calumniola causa recusandi in nostra specie sit, ex dictis colligi potest; & ex definitione subsequuta, die 3. Martii ejusdem anni, qua pronunciatum fuit causam sufficientem fuisse. Sed neque ex hac, neque ex prima definitione quid Senatus senserit difficillimè inferri valet; quia varietas ipsa demonstrat, dubium in quo ipsi Iudices reperiebantur.

CONTROVERSIA LXVI.

De Iudice muneribus corrupto, & an penitentia locus sit ad evitandam poenam.

SUMMARIUM.

- 1. Facti speciei narratio.
- 2. An Iudex impune possit recipere munera, animo applicandi ea Fisco.
- 3. Donans aliquid Iudici, repetere datum non potest, si adest turpitudinis ex parte ipsius.
- 4. Iudex penitentia ductus, re integra, excusandus à poena.
- 5. Leges repetundarum originem trahunt à querela per Hispanos proposita in Senatu Romano.
- 6. Hispani strictius observare debemus has leges.
- 7. Repetundarum leges sociales dictæ sunt, & quare.
- 8. Magistratus urbani sub his legibus comprehensi sunt.

- 9. Senatores etiam his legibus subjiciantur.
- 10. Jura Hispania severissime sordes iudicum penitentia.
- 11. Indiarum iure, sordes iudicum, & Magisteratum, acerbè puniri iustum habemus.
- 12. Iudici nunquam licitum est recipere munera, etiamsi fiat animo applicandi fisco.
- 13. Iudici licere audire propositionem corruptoris, ut adhibitis testibus puniri posse, aliqui tenuerunt.
- 14. Repetundarum crimina punibilia sunt ex affectu, etiamsi effectus non sequatur.
- 15. Iudex totus versari tenetur in evitandis criminibus.
- 16. Iudicis fama periclitatur, ex colloquio corrumpere tentantis admissio, quamvis ad effectum puniendi eum audierit.
- 17. Iudex munera recipiens nullis adhibitis testibus, crimen repetundarum incurrit.
- 18. Repetundarum criminis poena, non excusatur ex penitentia, secundum veteriore opinionem.
- 19. Qua in praxi communiter recepta est, si pecunia recepta non restituatur omnium effectum.
- 20. Repetitio criminis consuetudinem praxim delinquendi, malum animum, atque dolum comprobatur.
- 21. Decisio Senatus.

Nus ex Auditoribus cuiusdam Regiæ Audientia Novæ Orbis, in iudicio visitati omnis, de sordibus valde gravatus, tum iudicis ex urgentioribus, tum restium singularium depositionibus, repertus fuit habere librum rationum, in quo propria manu, cum die & consule memoriam fecerat munerum à se receptorum à variis litigatoribus, quorum numerus quinquagenarius excedebat, & valor summam quindecim millium aureorum superabat. Scripturam libri judicialiter recognoverat, tanquam propria manu exaratam, & confessus fuit se omnia in ea contenta recepisse, sed addebatur quod ea omnia Fisco applicaverat, tanquam ad ipsum pertinentia ex turpitudine offerentium; aliqua testimonia exhibendo applicationis per se factæ coram tabellione privato. Sed iudex, cui visitationis iudicium commissum erat, liquide probavit, neque numum apud arcarium rerum fiscalium depositum, seu solum fuisse.

- 2. Disceperatur in nostro Senatu, quia poena plectendus esset Auditor, & pro illius defensione dicebatur, quod iure permittente munera receperat animo applicandi Fisco, quia cum adest turpitudinis ex parte dantium, cessabat conditio, & quicquid dederunt, ad fiscum pertinebat, Text. in leg. ubi autem 3. ff. de condit. ob turp. caus. & in l. fin. ad finem, & ad leg. Jul. repetundar. Gloss. in l. i. C. cod. tit. Bald. cons. 297. num. 1. volum. 5. Paris. de Puteo de syndic. verbo an si tempore, numer. 2. Tiber. Decian. lib. 8. crim. tract. cap. 39. num. 12. Fatim. q. 111. num. 61. & 62. Bobadilla lib. 2. polit. c. 11. num. 79. Ant. Matth. de crim. ad lib. 48. ff. tit. 8. cap. 2. num. 6. pluribus Dominus Larrea allegat. fiscal. 47. ex num. 18. & ego notaveram de regim. Valentia tomo 1. cap. 8. §. 3. num. 29. imò ipsi dantes eum quadrupli poena donata amittunt, ex Text. d. l. fin. ibi: Non modo adversus recipientem, sed etiam adversus dantem accusandi cunctis, tanquam crimen publicum, concedimus facultatem; quadrupli poena eum qui convictus fuerit modis omnibus feriendo Ubi omnes juris interpretes hanc conclusionem tenent. Quid autem hæc facere iudici permittatur, probant Palacios Rubens in suis repet. fol. 73. §. 29. Antonius Gomez, in leg. 80. Taur. n. 67. Bobadilla d. lib. 2. politic. c. 11. num. 80. Misinger. observ. centur. 6. n. 67. Paul. de Cast. in l. si quis servo, C. de furtis, Aviles in cap. 51. Prætor. verb. incurra. Joan. Philipp. Testay allegat. 9. numero 17.
- 4. Et casu negato, quod licitum ei non fuisset, ad hunc finem munera recipere; penitentia recipiendi ductus, pecunias fisco applicaverat re integra, nempe antequam iudicium visitationis inchoatum fuisset, ob quod excusandus erat ab acerbitate poenæ, ut probat Textus in authent. novo iure, Cod. de poen. iud. qui mali iudic. Arguendo à contrariis, quia sicut dantis munera iudici excusatur à poenâ, si personam recipientis declaraverit, sic similiter recipiens excusari debet; si dantis personam detulerit. Docent Paris de Puteo dict. tract. de syndic. verb. corruptio, num. 2. & 3. Baiardus ad Clarum in §. fin. quest. 73. num. 22. Bobadilla dict. cap. 11. num. 42. & lib. 5. c. 1. num. 101. Testay dict. alleg. 9. num. 150. Dominus Valencuela, cons. 145. num. 34. & Paul Xamar. de off. Jud. & Advocat. parte 1. cap. 19. num. 9. Quod enim per D. D. Laur. Matth. De Re Crim. P. 11.

sonas dantium detulisset superiori probabat, per duas, vel tres Epistolas, Præsidis illius Provinciae, ex quibus apparebat Auditorem relationem fecisse de tot muneribus sibi datis, quot epistolæ erant à litigatoribus in eis contentis, & de applicatione per eum facta, quæ Præsides non reprobabat: ex quibus inferre curabat, cetera sub hac impunitatis credulitate facta fuisse.

At Dominus Fiscalis condemnandum fore non solum poena legali; verum arbitrium extendendo ad poenam etiam corporalem contendebat, cum liquidissime probatum crimen appareret per confessionem ipsius. Et ex reiteratione poenam aggravari posse usque ad mortem docuit Baldus in leg. licitatio, §. quod illicitè, ff. de public. Quem sequuntur Paris de Puteo d. tract. de syndic. in verb. poena, cap. 8. n. 13. Lucas de Pen. in l. 1. C. de superexact. lib. 10. & aliis relatis Carpozovius in prax. 1. part. q. 41. n. 57. & 2. parte q. 57. num. 53. Quibus ego addenda consideravi sequentia. Primum quod leges repetundarum per Romanos latæ, quæ & sociales dictæ fuere, quia ad tutelam sociorum promulgatæ fuerunt teste Cicer. in Verrem, & Cujacio, in repet. Cod. cod. tit. originem habuerunt à querela per Hispanos proposita in Senatu Romano, anno ab Urbe condita 583. de qua Livius decad. 5. lib. 3. dicens: Hispania urisque legati aliquot Populorum, in Senatu introducti. Hi de Magistratuum Romanorum avaritia, superbiæque congesti, nixi genibus ab Senatu petierunt, ne socios sedibus spoliari, vexarique quam hostes patiatur. Hinc Senatus consulto datum negotium, Lucio Canuleio Prætori, hinc paulò post lex Calpurnia profuit, quæ primum de repetundis pecuniis agit, quam sequutæ fuerunt lex Junia, Servilia, Acilia, Cornelia, ac tandem Junia, de qua Consulti in tit. ff. & C. tractant; ut probat mirabiliter Carolus Sigonius lib. 2. de iudiciis, c. 27. de quo meminit Brissonius de formulis lib. 2. Ob quod Hispani ex edicto quod quisque juris tenebatur exemplum cunctis nationibus præstare, rigidissima observantia earumdem. Sed prohi dotor: querela quæ olim de Romanis Magistratibus Hispanorum legati obtulerunt; nunc Indi majori cum ratione de Hispanis Magistratibus instituere possunt.

Quæ quidem leges in sui origine Provincialibus Magistratibus latæ fuere, si qua

quia Urbanos civiliter, si quid receptum ablatumve erat, civis conveniebant, ut Cicero, & Cujacius *ubi proxime* probant; licet postea etiam sub eis comprehensi fuerint, ut probat Venuleius in l. eadem 6. §. lege Julia, ff. eod. ibi: *urque Urbani Magistratus ab omni sordē se abstineant*. Et cum remedia adhibenda sint quo magis periculum grassatur, & hoc in provinciis remotis frequentius experiatur, quicunque munere, officio, ministeriove publico condecorati reperiuntur, sub eisdem legibus comprehenduntur, l. 1. & segg. ff. hoc tit. l. si quis aliud §. 8. §. iudices ff. de pœnis, l. omnes. C. hoc tit. l. Consiliarius 3. C. de adfessor. Neque ad infimi gradus Iudices, Magistratusve portiguntur, sed ad supremos, nempe Senatores, & Consiliarios Principis extenduntur *dict. leg. eadem 6. §. 2. ibi: nève quis ob sententiam in Senatu, consiliove publico pecuniam accipiat, eleganter Imperatores in leg. 3. C. de offic. Prefect. Prator. Orient. ibi: furibusque pœnis legitimis subactis, ad nostra mansuetudinis sententiam non crimina, sed vindicta referatur*: sic etiam Justinianus in l. 1. §. optamus 5. C. de offic. Prefect. Prator. Afr. ibi: *Ergo jubemus omnes violentias, & omnem avaritiam cessare, & iustitiam, atque veritatem circa omnes nostros tributarios reservare. Sic enim, & Deus placabitur: & ipsi possunt celerius, sicut collatores alii nostra reipublice relevari, atque florere Quorum verba quia mirabiliter rebus Indicis coaptantur, referte non pudet. Pœnam autem expriment Text. in l. 2. ff. de Senator. l. cum Prator 12. §. si autem, ff. de iudic. l. 7. §. fin. ff. de leg. Jul. repetund. l. iudices 12. Cod. de dignit. lib. 12. l. 3. cum plurib. segg. C. Theodos. ad leg. Jul. repetund. Probant Doctores passim in his iuribus Paris de Puteo d. tract. de syndic. verb. multa de barateria, & verb. corruptio, ac alibi passim, Clarus in d. §. fin. q. 73. ex n. 2. Tiber. Decian. d. lib. 8. c. 37. cum tribus sequentibus, Fatinacius *dict. quest. 111. per tot. Novar. ad pragmat. Neapol. tit. de Aluar. collect. 11. ex num. 1. Baiardus ad Clar. *dict. quest. 73. ex num. 12. Testay allegat. 7. num. 50. Xamar. de offic. jud. *dict. 1. parte, quest. 19. in princip. Sesse in resp. de syndic. post tract. de inhibiti. num. 7. 8. & 48. & decis. 214. per tot. Cujacius in repet. *dict. tit. Codic. ad legem Juliam repetund. & lib. 6. observat. cap. 18. Caball. cas. 195. ex numero 1. Giurba consil. 72. numero 6. cum*****

*sequentibus, & Antonius Matthæus *dict. tit. 8. cap. 1. ex num. 2. qui cuncta de materia pulchrè tradunt, & mirabiliter exornant.**

Neque nostra iura crimen hoc obli-  
vioni tradiderunt, imò acerbè puniri  
iudices cautum habent, à tempore Vi-  
ce Gothorum, quo pœna usque ad ver-  
bera extensa fuit, probat Textus in l. 19.  
tit. 1. lib. 2. for. iudicum. Text. in leg. 3.  
& 6. tit. 4. & in leg. 24. tit. 22. part. 3.  
& in l. 52. tit. 14. part. 5. in l. 2. tit. 2.  
lib. 2. for. legum. in leg. 2. & 3. tit. 4. & in  
leg. 7. tit. 15. lib. 2. Ordin. in leg. 2. &  
56. tit. 5. leg. 11. tit. 13. lib. 2. leg. 1. §. tit. 6.  
leg. 5. tit. 9. lib. 3. recopilat. quibus ultra  
pœnam privationis officii, dupli, &  
aliquando septuli, & arbitrio iudican-  
tis acerbior punitio relinquatur. Exor-  
nant Dominus Gregorius Lopez, Villa-  
diego. Montalvus, Didacus Perez, &  
Azevedo in his iuribus, Dominus Covarr.  
in cap. peccatum, 2. parte, §. 2. & 3. Avi-  
les in c. 1. Prator. in verbo Davida Avenda-  
ño in c. 2. Prator. ex num. 6. Bobadilla  
d. cap. 11. ex numero 28. Menchaca lib. 2.  
controvers. usufreq. cap. 37. Simancas de  
repub. lib. 6. per tot. Didacus Perez in l. 40.  
tit. 14. lib. 1. Ordin. gloss. univ. P. Molina  
de iust. & iur. tom. 1. disp. 82. per plur. segg.  
P. Valquez in opusculis tract. de restit. c. 7.  
dub. 9. Guevara in horolog. Princ. lib. 3. c. 6.  
Carol. Scriban. in polis, Christ. lib. 2. c. 9.  
Parlador. rer. quotid. c. fin. §. 1. n. 16. Domi-  
nus Valençuela cons. 72. n. 18. Alphons.  
Narbona in l. 31. tit. 7. lib. 3. recopil. gl. 3.  
& 6. P. Joan. Marquez in Guber. Christ.  
lib. 1. c. 20. §. 3. F. Velasquez de optim.  
Princip. lib. 2. adnot. 22. cum segg. Don  
Franc. Amaya in l. fin. Cod. de iur. Fisci,  
lib. 10. ex n. 21. & Dominus Larrea *dict.*  
*alleg. 47. cum segg.*

Sic similiter de iure Indiarum iuxta  
Regium rescriptum anni 1569. cap. 29.  
extantque alia plura in tom. 1. pag. 350.  
cum segg. Dominus Solorzano tom. 2. lib.  
4. cap. 4. numero 18. & 83. & lib. 5. polit.  
c. 9. per tot. P. Josephus Acosta de procur.  
Indor. salu. spirit. lib. 3. c. 5. Præsul. Gal-  
par Villaroel lib. 2. g. 15. art. 2. & novissi-  
mè P. Didacus Avendaño in thesaur.  
Indico 1. parte, tit. 4. cap. 1. & 2. apud quos  
plura de enormitate, pœna, atque dete-  
statione hujus criminis; cum specialita-  
tibus, quibus iura totius orbis punitio-  
ne religiosissimè desiderant, probationem  
pluribus privilegiis prosequendo, de  
quo aliqua diximus *contr. 61. ex n. 14.*  
Ex

12 Ex quibus proliuit, quod nunquam  
licitum esse possit Magistratui, vel iudi-  
ci munera à licigatoriis recipere, quan-  
tumvis fiat animo applicandi fisco. Nam  
licet verum sit, quod quando adest tur-  
pitudine dantis, non possit repetere, aut  
condicere, non ob id Iudex eo animo  
recipere licitè potest; neque Antonius  
Gomez, Bobadilla, aut alius ex laudatis  
suprà num. 3. in fin. hujusmodi doctri-  
nam præbuit, cum nempe asserat licitum  
fieri iudici pecuniam, aut dona cor-  
rumpentis recipere; sed solum, quod  
eius deprecationes audire potest, con-  
sensum simulare, & sermonem ad aliud  
tempus protrahere, ut adhibitis testibus  
qui conatum corrumpendi iudicem ad  
actum proximum deductum percipiant,  
ut postea debitis pœnis subdatur. Sic  
Antonius Gomez *dict. num. 67. ibi: Po-  
test ei prabere aures, & dicere, & fingere,  
ut veniat tali die, & hora, & ibi secretè  
habere testes qui videant, & audiant, &  
postea eum capere & punire.* Palacios Ru-  
beus, à quo Gomezius doctrinam mu-  
tuavit eisdem fermè verbis utitur, sicut  
Xamar *de offic. jud. *dict. part. 1. quest. 19.  
num. 9.* Paulus de Castro loquitur in  
crimine adulterii vel subornationis cu-  
stodis alicujus arcis, ut attentans audi-  
diti possit, non verò crimen perficere,  
14 Bobadilla de hoc crimine tractat, sed ad  
finem puniendi conatum subornationis.  
Joan. Philip. Testay clarissimè nostram  
traditionem explicat *dict. allegat. 9. n. 116.*  
his verbis: *Nam quando delictum est per-  
fectum, quia pecunia recepta, non est dubi-  
tandum esse delinquentem, si facit, vel non  
facit id quod promissum: quando verò non  
est recepta pecunia, potest præsumi iudicem  
hoc facere ut fingat, ad effectum revelandi,  
& puniendi, quod iudici facere licet. Et sic  
omnes Doctores adducti pro reo, ut  
summum concludunt licitam esse fictio-  
nem præbendi aures ad effectum puni-  
endi attentantem. Nam cum in hoc  
crimine repetundatum conatus punia-  
tur, etiam ad effectum non perduca-  
tur, ut expressè dixit Bobadilla cum  
aliis, & clarissimè Dominus Larrea *dict. al-  
legat. 47. numero 12. cum sequentibus,*  
Ideo tenuerunt quod Iudices possint ea  
uti cautela ad hoc ut corruptentes  
debita pœna plectantur: sed non inau-  
diti, neque ex abrupto, ut dici solet,  
sed iuridicè procedendo, quia Palacios  
Rubeus, & Gomezius loquuntur de  
captura & condemnatione; Bobadilla de  
D. D. Laur. Matthæu, de Re Crim. Pars II.**

examine testium, quæ omnia sunt judi-  
cialia. Licet meo iudicio, quilibet iudex  
hæc faciens toto Marte aberrare credi-  
derim: tum quia totus Iudex verfat de-  
bet ne delicta fiant, ut omnes notant in  
l. congruit 43. in princ. ff. de off. Praef. cum  
administrandæ rei publicæ felicitas con-  
sistat potius in præveniendò, quàm in  
puniendo delinquentes: bene Petrus  
Plaça in epis. delictor. lib. 1. c. 7. n. 3. Pau-  
lus Xamar d. 1. parte, quest. 8. num. 303. sic  
peracutè noster Jacobus Falco, lib. 3.  
oper. Poët. Satyr. 6. ibi:  
*Pulchrius est multo culpas prohibere ca-  
vendo,*  
*Radere quàm ferro, & damnum superad-  
dere damno.*

Sicut Medici, potius ex præcautione  
quàm ex curatione laudantur. Idem  
Falco lib. 1. epigram. 102. ibi:

*Pulchrius est sano prohibere à corpore mor-  
bum,*

Agrotum medica quàm recreare manu.  
Hinc Iudices & Consiliarii oculis com-  
parantur in leg. 5. tit. 9. part. 5. quia pal-  
pebras claudunt, dum vident quod no-  
cere potest, ne noceat, pluribus Saave-  
dra symbol. 55. Tum etiam quia fama te-  
nerissima est si duo, vel tres adhibiti in-  
tentionem admittendi munera præsen-  
serint; ceteri in quos notitia diffundi-  
tur, corruptum iudicem credunt, ex  
quo sequitur probrosa nota in ipsum,  
contemptus, atque despectio. Accuratè  
Tacitus lib. 1. Histor. ibi: *Sæpe honestas  
causas, in iudicium adhibeas, perniciosè exi-  
tus consequuntur.* Sed dato quod hæc  
17 cautela his periculis careat, vel iustum  
sit eo animo recipere; adhibuit-ne tes-  
tes iste Auditor, ut factum viderent,  
audirèntve? Corruptentes capi iussit,  
ac in eos per juris tramites procedit, ut  
Doctores citati fieri debere docent?  
pœnas iurè statutas in eos statuit? Ne-  
quaquam: imò illis inauditis, nullo iu-  
ris ordine servato, quædam decreta per  
se solum coram Tabellone extraneo,  
non Actuario Curia dederat; in quibus  
aliquas summas rerum receptarum ap-  
plicasse fisco dicebatur, absque eo quod  
pecuniæ fisco, vel alii restituta essent,  
neque ante, neque post iudicium visita-  
tionis; arque adeo ex testimoniis per  
eum exhibitis, solum liquidè apparebat  
iudicem illas quantitates recepisse,  
quod potius erat delicti comprobatio,  
quàm excusationis documentum

Ex eodem fonte dimanat in eo crimi-  
ne  
Sf 2 ne

ne repetundarum poenitentiae locum non esse; quod probat expressè Textus in l. & generaliter §. 3. ff. de calumniator. ubi Baldus, qui refert, Florentia non profuisse cuidam iudici poenitentiam re integra: quod confirmat in l. 1. §. ad bestias, ff. de postul. Jason in §. quadrupli, num. 82. insir. de action. Ludovicus Romanus singul. 323. Hippol. de Marfil. singul. 326. num. 2. Nicolaus Boër. decis. 153. num. 22. Paris de Puteo de syndic. verb. Corruptio, num. 2. & 3. Tiber. Decian. dict. lib. 8. cap. 40. n. 10. Farin. dict. quæst. 111. num. 103. ad fin.

19 Anton. Matth. dict. lib. 48. ff. tit. 18. c. 5. num. 4. pulchrè Azevedo, in l. 3. & 4. tit. 3. lib. 8. recopil. ex num. 1. quo probat conclusionem procedere in omni crimine, excepto crimine hæresis, pluribus Giurba conf. 72. num. 14. Quod procedit de mente horum Doctorum, etiam si fiat re integra. (Quod ego intelligerem ante sententiam ejus causæ in qua corumpens litigabat; non autem ante sententiam latam in iudicem, ut voluit Bobadilla dict. cap. 1. num. 101.) præsertim si pecuniæ acceptæ non restituit effectivè, in quo omnes conveniunt. Neque refragatur Textus in dict. authent. novo jure: Nam ut ait Tiber. Decian. dict. num. 10. in eo Textu nil reperitur ex quo in contrarium hujus doctrinæ aliquid colligatur. Neque arguendo à contrariis; nam non procedit eadem ratio, imò valde diversa, quo in casu sic tenet Glossa in leg. cum Prætor, ff. de jud. verb. videtur, aliis relatis Barbosa in locis commun. argum. jur. loco 27. num. 27. Quod ratio sit valde diversa liquet ex eo, quod præcipua ratio inducendæ dispositionis legis Julæ fuit, poenitio iudicum munera recipientium; & secundario ad eum finem præcipuum consequendum extensa fuit dispositio ad corumpentes, sed non eadem poena, cum gravior iudicibus imminet, ac per consequens, privilegium concessum danti, ut recipiens puniatur, nullo jure concessum reperitur recipienti, quia multo minus interest reipublicæ coercitio corumpentis. Sed omnia hæc cessabant, dum iudex nihil ex receptis restituit, ita ut verè dici posset, quod illæ applicationes factæ fuerunt potius animo præveniendæ excusationem, si fortè crimen deregeretur, quàm abdicandi à se pecuniæ, quod exitus demonstravit.

21 Et cum non semel ait bis peccasset, sed

quingagesies, & ultra, venià indignus visus fuit, tanquam incorrigibilis, & consuetudinarius in delinquendo. Ex quibus Senatus censuit privandum fore munete Auditoris, & eo consulente, sic Rex noster deliberavit, eum condemnando ad privationem, & alias poenas pecuniarias sententiâ dici ..... anni 1670.



## CONTROVERSIA LXVII.

De Officiali suspensio ante sententiam, & an hoc tempus computandum sit cum tempore condemnationis?

## SUMMARIUM.

- 1 Facti species narratur.
- 2 L. si diutino 25. ff. de poen. expenditur.
- 3 Diuturnitas temporis poenam minuit.
- 4 Diuturnitas hæc computanda est à tempore quo reus in reatu existit, non à tempore commissi delicti.
- 5 Reatus quid sit.
- 6 Diuturnitas minuit poenam delicti momentanei.
- 7 Non autem delicti reiterabilis.
- 8 Repetundarum crimen exceptum est.
- 9 Concussionis crimen sequi solet crimen repetundarum.
- 10 Carcerationis tempus non computatur in tempore exilii.
- 11 L. Omnes 23. Cod. de poen. exponenda proponitur.
- 12 Carceris poena durior, quàm exilii.
- 13 Carceris poena computatur cum exilio, etiam si torum tempus absumat.
- 14 Quod procedit in quacumque alia poena.
- 15 Carceratus quis dicatur.
- 16 Regius minister captus, & carceratus dicitur, dum detinetur in Curia, vel alio loco sibi assignato.
- 17 Temporaria coercitio poena abolitio est.
- 18 L. Imperator 8. §. fin. ff. de postuland. expenditur.
- 19 L. 3. §. 1. ff. de decurion. pariter expenditur.
- 20 Executio poena præpostera, hoc est ante sententiam, non debet eedere contrarium.
- 21 Debitor solvens ante condemnationem, computat ea quæ solvit in quantitate

- te pro qua condemnatus fuit.
- 22 In reatu existens juxta qualitatem persone, non potest puniri quin aliquid de poena minuat.
  - 23 Poena instituta est ad exemplum, & emendationem, cujus effectus languescit, si crimen ex diuturnitate oblivioni tradatur, & n. 24.
  - 25 Poena potius molienda, quàm asperanda sunt.
  - 26 Crimen momentaneum repeti potest, sed non est successivum.
  - 27 Poena exacerbanda ex diuturnitate in crimine successivo.
  - 28 Crimina excepta quo temporis cursu extinguantur.
  - 29 Concussionis crimen gravius est repetundarum.
  - 30 L. aut damnus, §. quisquis, ff. de poen. expenditur.
  - 31 Tempus duplicandum in effratre exilii, est quod superest adimplendum.
  - 32 Antonii Gomez dictum rejicitur.
  - 33 Tempus carceris ante sententiam, computandum est cum poena in crimine blasphemæ.
  - 34 Blasphemæ causa summarissimè expenduntur.
  - 35 Decisio Senatus prævia consultatione.



Vditor quidam Regiæ Audienciæ Insulæ Hispaniolæ, vulgariter dictæ de sancto Domingo, accusatus fuit de foribus, aliisque excessibus in administratione officii commissis, de quibus per testimonia verosimilia constat in Senatu. Ex quibus visitationis iudicium in eum statutum fuit, ac iustum quod in Senatu compareret. Visitator assignatus durante inquisitione deceffit: subrogatus in locum defuncti ab Hispania missus, sicut primus, causam conclusit summariam, quia cum reus in Hispania degebat, non potuit procedere ad ulteriora. Quamobrem non fuit legitime conclusa usque ad annum millesimum sexcentum septuagesimum primum, reo ab anno millesimo sexcentesimo sexagesimo tertio, suspensionem officii patiente. Ex culpis in eum probatis Senatus censuit puniendum esse poena suspensionis per decennium. Dubitabatur an novem anni, quos suspensus de facto exegit, computandi essent in condemnatione.

[ DD. Laur. Matheu, de Re Crim. Pars II.

Non computandos esse videbatur ex Text. in l. si diutino 25. ff. de poen. in quo Modestinus sic ait: Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit, poena ejus sublevanda non erit. Sic enim constitutum est: non eo modo puniendos qui longo tempore in reatu agunt, quàm eos qui in recenti sententiam excipiunt. Licet enim iste Textus communiter intelligatur per Pragmaticos, de reo diu potest delictum capro, atque punito, ita ut ex sola diuturnitate à commisso crimine poena temperanda sit, ut tenuit Accursius in gloss. d. text. quem sequuntur Bartol. & Alberic. ibid. Salicetus in l. servus, Cod. ad leg. Jul. de vi, col. 2. Abbas in cap. cum haberet, de eo qui dux. 2. cor. quam pol. per adult. Ant. Gomez tom. 3. var. cap. 1. num. 7. Rocch. de Curt. in enar. cap. tanto, de consuetud. scilicet, 1. n. 7. Hippol. de Marfil. singular. 254. Jul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst. 60. num. 32. & ibi Baiad. numer. 106. Farin. quæst. 10. n. 84. cum segg. Guazzin. defens. 2. cap. 3. num. 1. Caball. resol. crim. cas. 142. num. 2. Carpzovius in pract. crim. part. 3. quæst. 141. n. 70. cum segg. neque repugnat Dominus Covarruv. lib. 2. var. cap. 9. n. 2. vers. primum posse. Hoc error Pragmaticorum tribuitur, quia Textus non loquitur de reo qui diu delictum patravit, sed de eo qui diutino tempore in reatu fuit, hoc est, in carcere detrusus, squalore plenus, fordidis vestibus indutus, fame vexatus, atque infinitis cruciatibus, carcerem subsequenteribus, affectus, ut in eodem Textu dicitur, ibi: in reatu fuerit, & ibi: longo tempore in reatu agunt, ut notant Emaueel Suarez ad Gomez dict. cap. 1. lit. c. Baldus in eo Text. Budeus in not. ad pandect. in eod. Text. Alciatus lib. 2. parergon. cap. 10. Corraf. lib. 2. miscel. cap. 20. Herm. Pistor. observat. 61. Ant. Thesaur. decis. 76. n. 2. Farin. lib. 9. contr. c. 38. Dominus Covarruv. d. vers. primum ad fin. Farin. d. q. 10. n. 87. vers. sed in hoc, Parlador. rer. quotid. in sequent. diff. 51. in princip. t. duard Caldeir. variar. lect. lib. 3. cap. 2. Dionys. Gothofft in d. leg. si diutino & in l. vestem sordidam 39. ff. de injur. Antonius Matth. lib. 48. ff. tit. 18. c. 5. n. 14. Carpz. d. quæst. 14. n. 80. erat quippe assuetum Romanis in reatu existentibus, vestibus fordidis indui, ut notant Cujac. lib. 6. observ. cap. 5. Revard. lib. 3. var. c. 6. & lib. 1. conjectan. cap. ultim. Forcauol. dialog. 58. num. 3. Petr. Fab. lib. 1. semestr. cap. 10. Illiger. ad Donel. lib. 15. comm. c. 24. lit. F.

Sf 3 Ex